

verò Corpus totum essentialiale est, ad partes essentialiales compositio corporis referenda venit, nullatenus verò ad formam, quæ semper æquè simplex, nec magis composita in homine, quàm in aëre, sed unicè ad materiam, quæ in homine conflata est è multis, in aëre è nullis. Unde talis est corporum naturalium compositio, qualis est eorundem materia. Enim verò simplicissimum est cœlum unâ cum quatuor Elementis & Aquis supercælestibus, quia materiam purè simplicem habet: respectivè simplices sunt stellæ, quia materiam certo modo simplicem habent: Composita sunt Mineralia, quia compositam; Magis compositæ sunt plantæ, quia magis compositam; Maximè composita sunt animalia, quia maximè compositam habent materiam. Et hic, ceu monet B. Sperlingius observandum omninò, speciei cuilibet suam competere materiam & in corporibus spectandas quidem formas, sed materias etiã negligendas non esse. Hominem ut non facit sola materia, ita nec sola forma, & nec forma cum quacunq; sed eum certâ, elaboratâ & ad leges naturæ conformatâ materiâ. Quod qui non observat, corpus hominis nec à corpore canis, nec à corpore equi aut alterius misti, facit diversum. Inde est, quod alia materia sit cœli, alia ignis, alia auri, alia quercus, alia Leonis, alia hominis. Non enim quælibet forma quælibet informat materiam.

§. 2. Materia simplex pura est materiâ, omni carens formâ. Nulla enim in illâ inveniuntur miscibilia, ipsa expers concretionis & compositionis est. Sic cœli Materia nuda puraq; est, omni carens mixture, omni concretionem: In igne cæterisq; elementis propriæ dantur formæ cum materiis simplicibus, sine concretionem aliorum corporum. Si nempe eas perpendamus, quæ corporum illorum propriæ sunt. Cum enim pura non habeamus elementa, impuram etiam & concretionem non carentem habemus materiam. Ex se tamen, nulla hîc vel materiârum, vel formarum congeries.

§. 3: Materia composita integrum est corpus plurimis constans substantiis multasq; & materias & formas in essentialiam suam recipiens. Unde videmus in compositâ materia
misci-